



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensio Abbatiae Imperialis S. Maximini

Zyllesius, Nicolaus

Treveris, 1638

51. Inuestitura prima nomine & ma[n]dato Cæsaris & Imperij Data Ottoni
Abbat S. Maximini ab Archiepiscopo Treuirens. co[n]tinens origine[m]
Commissionis Cæsaræ Dat. Anno MCCCCXCV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14268

gnificamus vobis nos in hac parte nostro Iure vsos, simul singulari deuotione, quam erga dictam Ecclesiam gerimus: eandem Ecclesiam & Abbatiam, eiusque Religiosos & supposita; simul eorum agros, prædia, census, villas ac redditus in capite & membris, eorumque famulos, Officiarios & ministros his litteris cepisse & posuisse, capere & ponere in nostra protectione & clientela speciali, duntaxat ipsarum personarum tuendarum gratia, nec non & Iurium conseruandorum. Quare his præsentibus vobis districtè præcipimus & mandamus, eosdem Religiosos ac supposita huius Abbatia tenere & conseruare, ex parteque nostri tueri, & seruari facere in cunctis eorum possessionibus, Iuribus, Immunitatibus, vsibus, libertatibus, vsucapionibus, in quibus reperietes eos esse, ac eorum prædecessores pacificè & antiquitus fuisse. Simul quoque vobis præcipimus illos custodire ac tueri, ex parteque nostri custodiri, tueriue facere ab omnibus iniurijs, violentijs, nocementis, oppressionibus, molestijs, vi armatâ, seculari potentia armatorum hospitio, & à cunctis alijs inquietationibus & nouitatibus indebitis; Quæ si in præiudicium huius nostræ clientelæ Religiosorum, subditorumue patrata esse, fuisseue sciatis, confestim, & sine morâ in integrum & primum statum reducatis & reponatis, reduci, reponiue faciatis, ac ob id satisfactionem condignam, & nobis & illis factam esse curetis, atque hanc præsentem nostram clientelam locis & personis, quorum interest, aut pro quibus vos interpellauerint, promulgari & intimari faciatis, in cuius signo ac documento, imminente periculo pallos & vexillulos insignijs armisque nostris insignitos super fores prædictæ Abbatia, prædiorum, proprietatum, possessionum & quorumuis bonorum ad eam pertinentium figere atque inseri faciatis. Inhibitionem & prohibitionem ex parte nostri cunctis nostris subditis, & alijs, quorum intererit, facientes, aut facere curantes, ne eidem Abbatia, eius Religiosis, subditis, Iuribus & rebus supra dictis quispiam noceant, contra eaue attemptent, nec quouis modo noceri attemptariue patiantur. Quum ad cuncta hæc promptius exequenda suprascriptis Religiosis, vel eorum ministris vnum, pluresve satellitum nostrorum, siquidem opus erit, & fueritis requisiti, eorum sumptu præteritis & deputeris, quibus nihilominus omnem causæ cognitionem prohibemus. Datum in Oppido nostro Brugenf. die vicesima secunda mensis Iulij. Anno Domini Millesimo, quadringentesimo, octuagesimo septimo, Regni verò nostri Regis secundo.

Per Dominum Regem

De Longueville.

51.

*Inuestitura prima, nomine & mandato Cæsaris & Imperij, data
Ottoni Abbati S. Maximini ab Archiepiscopo Tre-
uirensi, continens originem Commissionis Cæsareæ,
Datum Anno MCCCCXCV.*

OTTO Abbas Monasterij Sancti Maximini extra muros Ciuitatis Treuir-
rensis, Ordinis S. Benedicti, vniuersis & singulis præsentibus & futuris
notum facimus, quod nuper patentes Serenissimi & inuictissimi Princi-
pis Domini nostri Maximiliani Romanorum Regis semper Augusti litteras

suę Regię Maiestatis Sigillo à tergo impresso sigillatas, integras, illeſas, non vi-
tiatas, neque in aliqua parte suspectas per Nuntium, arma seu insignia Romana
ferentem mihi presentatas, quibus decuit, honore & reuerentiã accepimus, &
presentibus de verbo ad verbum inseri fecimus, vt sequitur:

Wir Maximilian von Gottes gnaden Röm. König zu allen zeitten Mehrer des
Reichs, zu Hungarn, Dalmatien, Croatien König: Erzhertzog zu Österreich/
Hertzog zu Burgundt, zu Brabant, zu Geldern, Gronc zu Flandern, zu Ty-
roll, &c. Entpfehlen dem Ehrſamen vnſerm lieben andächtigen Ditten Abten des Gots-
haus zu S. Maximin S. Benedicten Ordens bey Trier, vnſer gnaden vnnnd alles guts,
Ehrſamer, Lieber, andächtiger: Wir haben dem Ehrwürdigen Johanneſen Erzbis-
chouen zu Trier des Heiligen Römischen Reichs durch Gallien vnd das Königreich A-
relat Erzbischoffen vnſern lieben Neuen, vnd Churfürsten, vnd seinen Nachkommen
Erzbischoffen daselbst zu Trier zugesellet, verlichen vnd befohlen, an vnſer vnnnd vnſer
Nachkommen am Heilige Reich, vnd desselben Reichs nahmen, vnd von vnſer wegen,
dir, vnd dem Nachkommen Abten zu S. Maximin, derselben Abtey Regalia, Lehen vñ
Weltlichkeit, so von dem Heiligen Reich herrühren, zuuerlichen, inhalt vnſer Königlich
Brieff darüber außgegangen, vnd empfehlen dir demnach von Römischer Käyserlicher
Macht ernstlich gebietende, das du vff des genanten Vnſers Neuen von Trier ansuchen
dieselbe dein vnd deines Gotteshaus Regalia, Lehen, Weltlichkeit von ihme vnd vnſern,
vnnnd des Heiligen Reichs wegen in gebühlicher Form empfahest, vnnnd ihme an vnſer
vnd vnſer Nachkommen stadt gewöhnliche pflicht vnd Eydt thuest, als auch dem nach-
kommen, vnd ihme vnd sein Nachkommen zuthun pflichtig sein sollen, vnd dich hern mit
widrest, noch vnghehorsam erzeigest, dardurch deshalben ferner handlung nit noth werde,
daran thuest du vnſere ernstliche meinung. Geben zu Wormbs am letzten tag des Mo-
nats Julij nach Christi geburt, vierzehenhundert, vnd im fünff vnd neunzigsten, Vnſe-
rer Reich des Römischen im zehenden, vnd des Hungariſchen im sechsten Jahren. Sic
subscriptum, Ad mandatum Domini Regis proprium.

Latine sic sonat.

NOs Maximilianus Dei gratia, Romanorum Rex semper Augustus, Va-
garie, Dalmatie, Croatiae Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Bra-
bantiae, Geldriae, Comes Flandriae, Tirolis: nuntiamus venerabili nobis
dilecto, deuoto Ottoni Abbati Monasterij Sancti Maximini ordinis S. Benedi-
cti iuxta Treuiros nostram gratiam & omne bonum. Venerabilis, dilecte, deuote,
Tradidimus, concessimus ac praecipimus Reuerendo Ioanni Archiepiscopo
Treuirensi sacri Romani Imperij per Galliam & Regnum Arelatense Archi-
cancellario dilecto nostro nepoti & Electori eiusdemque successoribus Archi-
episcopis ibidem Treuiris, vt nostro & nostrorum successorum in sacro Impe-
rio & eiusdem Imperij nomine, & nostra vice ac autoritate tibi & successoribus
Abbatibus S. Maximini, eiusdem Abbatiae Regalia, Feuda & temporalia à
sacro Imperio mouentia tradant Vigore nostrarum Regiarum desuper expedi-
tarum litterarum, & idcirco tibi mandamus Romanam Caesarem auctoritate se-
riò praecipientes, vt ad praedicti nostri nepotis Treuirensis petitionem tua &
tui Monasterij Regalia, feuda, temporalia ab ipso, & nostra, ac sacri Imperij vice
in debita forma recipias, & ipsi nostro ac successorum nostrorum loco solitum
iuramentum praestes, vt etiam tui successores ipsi & illius successoribus facere
obligati esse debebunt; neque in hoc contradices, aut te inobedientem exhi-

beas, ne ea propter vltiori negotio sit opus, in quo seriam nostram intentionem adimplebis. Datum Wormatiæ vltima die mensis Iulij post Christi Natiuitatem 1495. Regnorum nostrorum, Romani decimo, Vngariæ sexto, sic subscriptum.

AD mandatum Domini Regis proprium, quarum quidem atque aliarum: cum Bullis Regiis impendentibus nuper etiam à præfato Serenissimo Domino nostro Rege Maximiliano, Reuerendissimo in Christo Patri & Domino nostro Iohanni, moderno Archiepiscopo Treuirensi, sacri Romani Imperii, Galliarum & Regni Arelat. Archicancellario, ac Principi Electori Illustrissimo, & suis successoribus concessarum desuper litterarum, quod scilicet Treuit. Archiepiscopi pro tempore Abbatibus dicti mei Monasterii sua Regalia, temporalia & feuda quæcunque à dicto sacro Imperio dependentia concedere, de eisdem Abbates in feudare, & inuestire Imperatoris seu Regis nomine & autoritate valeant in suis veris, integris, illæsis, non vitiatis, neque aliqua in parte suspectis originalibus, mihi ostensarum & lectarum, atque à me visarum, & earundem vigore à præfato Reuerendissimo Domino meo requisitus, præhabitis multiplicibus, deliberatis & maturis tractatibus, quàm incommodum, sumptuosum, graue & dispendiosum mihi ac successoribus & Monachis meis foret, Romanorum Imperatorum, & Regum propterea Curias sequendo certis & expressis, scitu, Consilio, voluntate & assensu conuentus mei Dominum meum Reuerendissimum Archiepiscopum iam fatum in persona propria accessi, ab eodem Regalia, temporalia, & feuda huiusmodi nomine & autoritate supradictis agnoui, recepi, iuravi, & cætera feci cum cæremoniis & solennitatibus debitis & consuetis, vti in eiusdem Domini mei Reuerendissimi litteris subinertis mihi desuper traditis, plenius continetur, vti etiam ego & successores mei Abbates Monasterii Sancti Maximini à sæpèfato Reuerendissimo Domino meo, eiusque successoribus Archiepiscopis, & Ecclesia Treuirensi, quoties iure aut consuetudine opus fuerit, ea agnoscere, recipere, iuraro et cætera facere debemus, omnibus, mera, contradictione et exceptione postpositis, Tenor verò iam memoratarum Reuerendissimi Domini mei Treuirensis, mihi desuper traditarum litterarum sequitur talis.

Iohannes Dei gratia sanctæ Treuirorum Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Romani Imperii, Galliarum, et Regni Arelatensis Archicancellarius ac Princeps Elector, ad futuram rei memoriam, Vniuersis & singulis præsentibus & futuris notum facimus, quia inuictissimus Princeps Romanorum Rex semper Augustus Maximilianus Dominus noster, nuper nobis & nostris Successoribus, vti scilicet Archiepiscopi, pro tempore Abbatibus Monasterij Sancti Maximini extra muros Ciuitatis nostræ Treuirensis ordinis Sancti Benedicti Regalia, temporalia & feuda quæcunque sui Monasterij concedere, de quæ iisdem Abbates ipsos in feudare & inuestire Imperatoris seu Regis nomine valeant, perpetuo indulgit, vti in Regijs nobis & successoribus nostris desuper datis litteris, ac ex eiusdem Domini Romanorum Regis ad modernum Abbatem Monasterij Sancti Maximini nuper emisso desuper mandato claret, huiusmodi regiarum litterarum & mandati vigore comparuit coram nobis in propria personâ Venerandus & Religiosus nobis in Christo dilectus, deuotusque Otto modernus Abbas supramemorati Monasterij Sancti Maximini (quod in sine sacri Romani Imperij membrum existit) humilisque & instans petijt, quatenus sibi Regalia, temporalia & feuda Monasterij sui, quæ ab eodem sacro Imperio sui Prædeces-

fores Abbates, & ipse antehac habuissent, & tenuissent, habereque & tenere debuissent, concedere, ipsumque de iisdem infeudare & inuestire dignaremur, Nos itaque, recepto prius ab eodem Ottono Abbate, & nobis præstito fidelitatis, subiectionis, & obedientiæ Iuramento debito, & consueto Regis nomine & auctoritate supramemoratis, eidem Abbati Regalia, temporalia & feuda huiusmodi concessimus, ipsumque de iisdem infeudauimus & inuestiuimus, ac concedimus, & infeudamus, ac inuestimus per præsentem, decernentes eiusdem nomine & auctoritate quæ sæpèfatus Abbas in omnibus & singulis suis & Monasterij sui Oppidis, suburbijs, vicis, pagis, Caltris, Castellis, Curijs, Villis, Dominijs, territorijs & districtibus, etiam fluminibus & ripis, ac locis alijs (quæ ipse Abbas diuisim & communiter habet aut possidet, seu habere & possidere deberet) regalia, temporalia & feuda huiusmodi cum suis honoribus, præeminentijs, & attinentijs quibuscunque & qualibuscunque, mero quoque & mixto Imperijs ac exercitio Iurisdictionis temporalis habere & exercere, illisque vti valeat, quemadmodum sui Prædecessores Abbates habuerunt & exercuerunt, illisque vti sunt, seu habere, exercere & vti quomodolibet potuerunt. Mandantes propterea nomine & auctoritate sæpèdictis vniuersis & singulis Vassallis, & fidelibus Comitibus, Baronibus, militibus, nobilibus, equitibus, & ministerialibus, Gubernatoribus, Rectoribus, Burgrauijs, Schultetis, Maioribus, Præpositis, Iusticiarijs, Centurionibus, Advocatis, & Officialibus, Ciuibus, Oppidanis, Suburbanis, Colonis, Curtarijs ac subditis quibuscunque sæpèdicti Monasterij cuiuscunque dignitatis, gradus, status, seu conditionis existunt, quatenus præfato Ottoni Abbati, tanquam vero, naturali, recto, ordinario, & legitimo suo Domino in omnibus & singulis Regalia, temporalia & feuda huiusmodi, merum quoque & mixtum Imperium ac temporalis Iurisdictionis exercitium, seu alia præmissa quomodolibet concernentibus debitè & reuerenter obediant, & pareant in omnibus, contradictione, difficultate & impedimento planè postpositis, Iure tamen Imperij, & aliorum aliàs & Ecclesiæ nostræ semper saluo. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præsentem nostras litteras exinde fieri, nostrique sigilli iussimus appensione communiri. Datas ex Castro nostro Palatioli Anno Domini Millesimo Quadringentesimo nonagesimo quinto, die vero Mercurij nona Mensis Decembris, in quorum & omnium & singulorum fidem & testimonium præsentem litteras sigillo meo Abbatiati impendenti communitas sæpèfato Reuerendissimo Domino meo & Ecclesiæ Treurensi tradidi. Datas loco, anno, mense & die iam præscriptis.

52.

*Iuramentum consuetum & ab Abbate S. Maximini in actu
Inuestituræ Cesari & Imperio præstari solitum.*

Ich N. Abt zu S. Maximin globen vnd Schwern dem Hochwürdigsten / Hochgebornen Fürsten / meinem gnedigsten Herrn von Trier / in nahmen vnd von wegen vnd vß beuelch des allerdurchleuchtigsten grosmechtigsten Fürsten vnd Herrn Herrn Maximilians / Römischen Königs meines allergnedigsten Herrn / daß ich syner Königlichen Mayestät vnd syner gnaden nachkommen Römischen Königen vnd Käysern / vnd dem Heyligen Reich / so lang ich leb / getreu vnd holt will syn / syren Schaden warnen / Rath helen / vnd bestes werben / auch im Rath vnd that nimmer ge-

syn